

REVERENDIS.

SIMI DOMINI DOMINI
Thomæ de Vio, Caetani, Cardinalis
Sancti Xisti, in quatuor Euangelia
ad Græcorum codicum verita-
tē castigata, ad sensum quē
vocant literalem Com-
mētarij: cum indici-
bus amplissimis.

Omnia accuratori cura q̄ antea excusa.

PRIMA EDITIONE



PRIMA IN CHARATE.

PARISIIS.

Apud Hieronymum & Dionysium de Muris Fratres, ad
in signe Pelicani, via ad Ilinum Sacrum.

CLEMENTI VII. PONT.
Max. Thomas de Vio Caieta-
nus, Cardinalis Sancti Xi-
sti, felicitatem.



Omane ruine pars pater beatissime quamvis
& reruna omnium direptione & personali
captivitate fuerum, magnitudo tamē ocij inde
subsecuta in propria patria, uniusfa tem-
peravit. Septem siquidem supra viginti mē-
ses integros priuatam Caetē uitam ducens, commentarii in
nouum testamentum quos in chalcā (duobus dantaxat Mat-
thæi capitibus prius expositis) perfeci. Fuit autem intentio
mea sensum literalem tantummodo prosequi. Et quoniā Acta
Apostolorum euangelicam historiam secundum rerum ge-
storum ordinem inimmediate sequuntur, idcirco uolumen hoc
(beatitudini tue dicatum) commentariorum nostrorum in
quatuor euangelistas, comprehendit etiam Acta Apostolo-
rum: ut universa historia noui testamēti simul habeatur. Qua-
liaunque autē hæc scriptæ sint, apostolatus tui indicio subūcio:
que madmodum & mea reliqua nihil tuum in Christi ecclesia
tutum est quod apostolicæ sedis doctrina non quadrat. Susci-
piat igitur benigne beatitudo tua fructum inuite simulque
ociosæ tam diuturnæ meæ absentia: & felix ualeat.

THOMÆ

DE VIO CAIETANI CAR-
dinalis sancti Xisti, in nouum testamen-
tum iuxta sensum literalem commen-
tari. Et primo in Euangelium se-
cundum Matthæum.



Ostquam diuina fauente gratia ex-
posuimus psalterium ad literam, in-
tendimus multorū precibus adquie-
scentes, nouum testamētum etiam ad
literam exponere. Et inchoando à
Matthæo, titulū eius qui apud Grē-
cos habetur (quem dicitur Matthēus
ipse apposuisse) notandum duximus:
sicilicet, Euangelium secundum Mat-
thæum. ¶ Euangelium Grēcè, signi-
ficiat Latinè bonam nunciationem. Et verè historia hæc dicitur
nunciatio: quia nuncij officio fungitur. Nec Matthēus autho-
rem sè, sed nuncium ausus est significare. In quo officio impli-
citatē continetur quod est dei nuncius: dum non explicatur à quo
in iuncta est hæc nunciatio. Et hinc authoritas operis magnifi-
catur: dum nō ab homine, sed à deo nuncius venit. Et propter-
ea non dicit euangelium Matthæi, sed secundum Matthæum,
ne nunciatio à Matthæo procedere significetur, sed nunciatio à
deo prout per Matthæum executioni demandata est significetur.
¶ Nunciatio autem hæc bona diciter, tanquam sola sit bona.
Et verè sic est, tum ex parte rei nunciatæ: quoniam sola nū-
ciat vera bona, felicitatem integrā continentia. Tum ex parte
eorum quibus nunciatur: quia sola est bona omnibus homini-
bus, cuiuscunque sexus, cōditionis gradus. Tum ex parte modi:
quia sola optimo modo absq; tricis, clare (ut ab omnibus possit
intelligi) annunciat.

¶ Aduerse

I O A N N I S

Ita siue signa sive non signa, siue in conspectu discipulorum siue
 non. Quae si scribuntur per singula, nec ipsum arbitrio et mundum caper-
 re posse. Suus erit autem posse. & legendum est. Capturum que scribendi
 sunt pro scribendi forent libri. Non dicit nec ipsum arbitror
 mundum capturum illa facta si scriberentur essent, sed libri qui scriben-
 di forent: ut intelligamus quod non de ipsis factis a Iesu, sed de li-
 bris arbitratur quod mundus non caperet. Ut intelligamus quod
 de innumeris multitudine librorum conficiendorum si per sin-
 gula scriberentur facta Iesu loquitur: & percipiamus hyperbo-
 lica figura non latenter sed manifeste ipsam ut, non in persona
 ecclesie sed in persona propria. Apparet enim manifesta hyper-
 bole dicenda quod si scriberentur mundus non caperet. constat
 namque quod si scribuntur in mundo scribuntur. Sed sicut descri-
 bentes maximam velocitatem dicimus velociorem aquilis aut
 vento, & describentes maximam albedinem dicimus albiorem
 nivis, & similia: ita Ioannes significat maxima multitudinem fa-
 torum a Iesu ex hoc quod si sigillatum scriberentur, mundus non
 caperet libros continentia tot facta. Et sicut non mentitur nec
 fallit dicit dicens velociorem aquilis aut vento, candiorem
 nivis & huiusmodi (quia intelliguntur haec hyperbolice distata: &
 non ad fallendum, sed ad significandum magnam velocitatem,
 vel magnum candorem, &c.) ita nihil mendaci nihil falsi hic
 arbitratur Ioannes: quoniam hyperbolice se manifestat loqui
 ad significandum innumerabilem multitudinem factorum Iesu.
 Cuicunque honor & gloria in secula seculorum. Amen. Caietæ die.
 26. Maij. 1528.

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis
 sancti Xisti in euangelio secundum Ioannem Filiis.

1 5 4 6.

